



JURISPRUDENCIA COMENTADA

Nulidad de matrimonio

Sacra Romana Rota

CORAM

R.P.D. Ioseph M. Serrano

Nullitatis Matrimonii

SENTENTIA DEFINITIVA

(OMISSIS)

SPECIES FACTI

1) Quasi duplici gressu ad matrimonium accesserunt partes: etenim cum decem ante nuptias annis primum actrix convento obviam habuerit, viro dein valedixit eo quod famam acceperit puella de non serio a medico incepta consuetudine praematrimoniali. At anno 1959, doctor X., regressus ex infelici valetudinaria missione circa pueritiam in patria ditione, actricem, quae iam prius eandem Civitatem petierat, iterum quaesivit, nunc utique matrimonium pacturus. Quod et initum est die... 1962, ante elapsum annum ab amicali commercio reassumpto, penes paroecialem ecclesiam J, Dioeceseos E.

Mulier revera desiderio filios suscipiendi vehementer flagrabat, sicut deduci licebat quod alium amatorem deseruisset propter allatam impossibilitatem prolem generandi et cum convento instantissime de re egisset, fortiter eiusdem insinuationibus obiectans se paratam esse omnia sustinere nihilque omittere ne matris gaudio destitueretur.

Post quatuor fere annos vitae communis, quae in dies miserabilior facta est, uxor, vix duplici concubitu a marito obtento in novissimo biennio, tandem divortium civile petit atque obtinuit; cum vero ab Ecclesiae ministris certior fieret de possibili nullitate proprii coniugii, irritum suum matrimonium declarari quaesivit coram X. Iustitiae Curia, ob conditionem ab ipsamet appositam nec verificatam et ob impotentiam viri.

Aditum Tribunal in decisionem pervenit latam die... 1970, in qua edicebatur constare de matrimonii nullitate propter conditionem positam a muliere nec impletam, non autem ex viri impotentia.

2) Habita sibi favorabili decisione, actrix, relicto capite de impotentia, instituit ut alterius gradus examen

ex iure necessarium non apud ordinarium appellationis Tribunal, verum 'propter speciales casus difficultates etiam ordinis doctrinalis' apud H. A. T. videretur: cui petitioni absque negotio adhaesit... Vinculi Defensor, princeps ulterioris actionis subiectum.

Causa igitur in Sacra Romana Rota pendebat, cum vigere incepit disciplina M.P. 'Causas Matrimoniales' et, iuxta n. 2 Normarum pro tempore earumdem Litt. Apost., remissa est ad Revmum Vinculi Defensorem N.S.O., qui propriam mentem pandit de sententia non rata habenda breviori tramite adhibito; hoc consilium et Patres de Turno proprium effecerunt, decreto lato... 1972.

3) Aliquali itaque atque indubii momenti instructione acta completa sunt in Nostro Tribunali, acquisitis depositionibus tum actricis tum doctorum a curationibus conventi, una cum instrumentis de huiusce seminis vigoris examinibus.

At qui non magis obstaret gravis morbus et mors praecedentis Rev.mi D. P. Ponentis, quam haud magna diligentia in munere obeundo Patroni ex officio, nimias moras, de quibus iure actrix conquaeritur, processus passus est et solummodo hodie praesto habetur responsio a consuetum dubium: «An, nempe, constet de matrimonii nullitate in casu».

IN JURE

4) Abhinc iam quibusdam annis, sive propter maiorem interpersonalem coniugalis negotii aestimationem, sive propter accuratorem genericam de conditione doctrinae ad singulare illud et peculiarissimum institutum quod est matrimonium, multum disceptatum est de habitudine conditionis ad coniugalem consensum.

Exinde consequens fuit, in luce positum arctum nexum, qui inter conditionem viget et errorem circa personam (cf. GIACCHI, O. «Il consenso nel matrimonio canonico», Milano, 1968, pag. 313 ss.); momentum agnatum illi, quae dicitur, conditio mente retenta; necnon coniunctio cum vexatissima in scientia canonica quaestione de dolo in nubendo (cf. «Il dolo nel consenso matrimoniale», Civ. Vat., 1972, pagg. 125-243; pagg. 1-11 et passim).

5) Nec aliena ab huiusmodi nisu dici potest jurisprudentia quae proprii itineris signavit lapides magni nominis decisiones, quales: illa Comm. Cardinalium diei 2 augusti 1918 (cf. AAS, vol. X (1918) pagg. 388-390); una c. FELICI, diei 18 ianuarii 1955 (cf. SRR, Dec. seu Sent., vol. XLVII (1955), pagg. 62-63; ubi plures etiam Sententiae citantur); c. HEARD, diei 12 novembris 1955 (ibidem, pag. 759); c. SABATTANI, diei 17 maii 1957 (vol. XLIX (1957), pagg. 419-422); c. EWERS, diei 14 februarii 1959 (vol. LI (1959), pagg. 54-55)... usque ad unam percelebrem c. CANALS, diei 21 aprilis 1970 (cf. «Il Diritto Ecclesiastico», vol. LXXXI (1970), parte II, pp. 3 ss.).

Etiamsi doctrina haec nequeat dici in omnibus constans nec absque distinctionibus recepta, praesertim

ad novissimam quod attinet citatam decisionem (cfr. in oppositum sensum, Decretum c. DAVINO, diei 31 octobris 1972 — et unam c. PINTO, diei 12 novembris 1973): in hoc tamen videtur inaequivoce tendere, nempe ut premat specificos adpectus, quos conditio matrimonii apposita prae se fert quique absque dubio referentur ad insertionem illius circumstantiae, cui valor matrimonii dicitur subordinari in relationem illam interpersonalem, qua matrimonialis consensus perficitur et ad quam prosequendam ex ipsiusmet natura nactum est impelli. (cf. unam Novae Aureliae, c. infrascripto Ponente, diei 5 aprilis 1973).

6) Etenim evidens est: ...«non vi è certamente alcun contratto che abbia riferimento così particolare alla persona dei contraenti come il matrimonio (in esso la persona è oggetto del contratto ed è insieme materia del sacramento)...» unde speratur fore ut invaliditas matrimonii exurgere valeat in ferenda lege... «quale è stata introdotta nello schema preparato dalla Commissione per la revisio del Codex, dove l'invalidità nasce proprio dall'errore su di una qualità 'quae nata est ad consortium vitae perturbationum'» (cf. FUMAGALLI CARULLI, O., «Intelletto e volontà nel consenso matrimoniale in diritto canonico», Milano, 1974, pag. 232, not. 6).

Quidquid tamen est de expressa doli receptione in systemate matrimoniali canonico, necnon de indole iuridica ex natura obligante normarum quibus coniugium in pluribus regitur (cf. unam c. ANNE, diei 25 februarii 1969, n. 17; cf. etiam commentarium ad publicationem decisionis: DI JORIO, O., apud «Il Diritto Ecclesiastico», vol. LXXXI (1970), pag. 219, not. 1) sub duplici respectu momentum habet aestimatio sinceritatis in comparte cum quis matrimonium conditioni subicit:

(a) ex consideratione psychologica. Nam etiamsi in abstracta conditionis doctrinali tractatione sermo fieri possit de circumstantia vel facto, a cuius mera existentia validitas coniugii pendere; si res spectentur sicut eveniunt, vix, cum agatur de coniugio in quo conditio expresse inter partes communicata fuisset, concipi potest ut pars consensum absolutum renuens non includat veritatem alterius partis una cum reali existentia praerequisiti ad validum negotium intra fines conditionis;

(b) ex intrinseca foederis coniugalis natura. Etenim in pacto, quod «coniuges sese mutuo tradunt atque accipiunt» (cf. Const. Past. «GAUDIUM ET SPES», Conc. Vat. II, n. 48), conditio, tam vehementer ab alterutro in altero exoptata, nequit a subiecto adeo distrahi ut extra ipsius propriissimum 'se' ab alia parte accipiendum habeatur; quasi res in seipsa et non in subiecto quaesita, cuiusque absentia in nihilo subiectum immutaret qua 'obiectum' pacti.

Quae omnia, quamvis adhuc profundiore forte perscrutatione egeant — quam libenter sapientioribus relinquimus — dicta forsitan possent iuvare quo melius collustreretur quaestio de dolo in consensu conditionato; quin

et in aptiore loco ponatur ac clarius argumentum de errore redundante in identitatem personae, saltem in iure quo impraesentiarum utimur.

7) Iam age, ad obiectum determinatum accedentes, quod esset conditionis appositae in casu, initio multum prodest in mentem revocare distinctionem inter impotentiam et sterilitatem, quam inaequivoce innuit can. 1068; et hoc sub duplici ratione: nam ex sua ipsiusmet natura impotentia rigorosior inducit medicam inquisitionem cum fere semper complectatur elementa psychica, quae difficiliter perpendi possunt; sterilitas vero intra limites physiologicos continetur unde non tam aegre studio subicitur. Praeterea cum impotentia in ordine capacitatis sit, probationem exigit, quae possibilitatem excludat coeundi etiam in circumstantiis diversis ab illis, in quibus de facto coniuges egerunt et inveniuntur; sterilitas vero, prae oculis habitis examinibus medicorum necnon adiunctis et circumstantiis uniuscuiusque facti speciei propriis, aptior est ut deprehendatur illa certitudine morali, qua iudex assuefactus est veritatem factorum stabilire ad suam decisionem fulciendam.

8) Opinio itaque medicorum de finibus intra quos sterilitas habetur viri oligozoospermia affecti, haec summam est: «Schematicamente —sic Prof. SANTORI— si può dire che un soggetto è oligozoospermico quando ha meno di 20 milioni per cc di spermatozoi tenendo presente però che, fino ad 8-9 milioni/cc si hanno ancora buone probabilità di fertilità. Naturalmente ha importanza anche la quantità totale dell'ejaculato e quindi, a parità di concentrazione di nemaspermii, la situazione peggiora quando il volume complessivo del liquido seminale è anch'esso diminuito; più ancora poi influisce negativamente l'associazione con altri disordini ed in particolare con quello della motilità degli spermatozoi...» (cf. SANTORI, G., «Compendio di Sessuologia», Saluzzo, 1966, pag. 441).

Gravius docet ac forte plenius LABHART: «In base a controlli eseguiti su un grande numero di soggetti si può affermare che il numero degli spermatozoi per cm^3 rappresenta ancora il criterio più importante per valutare la fertilità di uno sperma. In genere si considera normale un numero di spermatozoi pari a 60 milioni per cm^3 . Se tale cifra scende a meno di 20 milioni per cm^3 è improbabile che l'individuo sia fertile, anche se in certi casi della letteratura una gravidanza è stata possibile nonostante che il numero degli spermatozoi fosse inferiore ad 1 milione per cm^3 . Importante è anche la percentuale degli elementi mobili, che non devono essere meno del 60 %. Bisogna inoltre che le forme spermatozoiche patologiche non siano presenti in numero superiore al 30 %...» (cfr. LABHART, A., «Endocrinologia», Ed. it. de Brusca-Dogliotti, vol. 1, Torino, 1960, pag. 599).

9) In re iudiciali, in qua versamur, vix est cur addatur ultra aestimationem peritorum conferre posse et debere alia indicia et praesumptiones ut in casu excludatur

illa veluti mira exceptio, quam adhuc quis diceret relinqui ut moralis contrarii possibilitas desit.

IN FACTO

10) Imprimis ut responsum detur quaestioni iure praeviae, appositae actrix veram conditionem in consentiendo, opportunum visum est incipere a delineanda ipsius actricis imagine, qualem in actis habemus eam depictam: Mulier, ex testimoniis vitaeque pia, fide digna invenitur propter internam quoque eiusdem depositionis cohaerentiam; atque medulla ipsius consilii, ad nuptias cum accederet, demonstratur nedum propria confessione, verum conventi attestatione, aliorumque testium sicuti et circumstantiis ac iudiciis.

11) Uxor itaque morbo fere animo prosequitur problem: «Una ossessione... Io sono stata sempre molto materna e sognavo sempre di avere almeno un figlio per educarlo e formarlo... Posso assicurarlo perchè continuamente insistevo con lui su questo punto...». Concinit conventus: «Essa immediatamente mi manifestò il suo modo di pensare e mi pose come condizione per il matrimonio che dovevamo avere figli... I termini in cui essa mi pose la condizione furono: che se non ci fossero stati figli, non ci sarebbe stato matrimonio...».

Nec desunt testes: «...Essa mi disse —ait D.na A.— che espressamente aveva trattato l'argomento e che gli aveva posto praticamente come condizione per il matrimonio che ne avessero (sc. filios)... la signora D. mi ha detto che non solamente glielo disse una volta, bensì varie volte, sperando che egli avesse riflettuto... Il dottor DD. si vide costretto ad accettare tale condizione, perchè altrimenti non ci sarebbe stato il matrimonio» — cf. etiam D.num B et matrem D.nam L...—.

12) Inter circumstantias, maximi momenti est modus reagendi actricis statim ac suspicata conventum quam reticentia uti in praevidendis filiis. Quod simplici sermone tradit eadem mater et confirmant fere omnes in Causa intervenientes: «...«Durante certe vacanze... essa stessa mi disse che era preoccupata, perchè egli le aveva detto: 'ci sposeremo, però non avremo famiglia, perchè ho timore che i figli nascano tarati'. Per cui essa rimase assai sorpresa ed allora egli disse: 'Però, se tu vuoi, li avremo'. Essa allora gli disse: 'Allora sì, perchè quello che mi spinge a sposarti non è solo l'affetto per te, ma anche il desiderio di avere figli. Nel mio matrimonio voglio figli e formare una famiglia'... Io allora la tranquillizzai... Mia figlia non accettò mai di non avere figli...»; cf. etiam actricem, conventum; D.nam A...».

Item factum abruptiois consuetudinis praematrimonialis cum priore sponso; quod et ipse fidem facit evenisse: «...io le parlai francamente e le dissi che non potevo avere famiglia per orchite traumatica e per questo rompemmo il nostro fidanzamento...» et sponte in fine depositionis: «Vorrei insistere sul fatto

che sono venuto in questo Tribunale principalmente per dichiarare che, essendo stato fidanzato di lei, troncammo il nostro fidanzamento precisamente perchè le dissi che non potevamo avere famiglia. La sua reazione fu quella di troncarmi con me, perchè il matrimonio non aveva ragione...» —cf. actricem; D.nam C.; conventum...—.

Nec aliter concludunt desiderium actricis matris, sobolem exspectantis a filia, quacum et delectabatur de re loquendo; et amor exhibitus in filios amicae, etiam post separationem a marito.

13) Ex relatis sat superque constat mulierem proprium alligasse consensum capacitati ac voluntati viri filios suscipiendi.

Sed ratione non caret penitus perscrutari praecisum obiectum conditionis, sicut de facto actrix eam finxit et revera apposit: «Se tu non puoi o non vuoi avere figli, io non mi sposo con te» ... «io dissi a DD. 'se tu mi stai occultando queste cose, non te lo perdono, perchè per me è assai importante avere un figlio, un matrimonio senza figli non mi pare che sia una famiglia'; egli mi disse che non mi occultava nulla, che se avessi voluto mi avrebbe portato una prova; io mi misi a ridere e gli dissi che mi bastava che mi avesse parlato con sincerità; gli dissi che se non poteva avere figli o non li volesse avere, non lo avrei sposato». (Cf. etiam testem D.nam A: ...«scherzavamo su quale sarebbe stata la detta prova...»).

Tales praecisiones videntur clariores reddere terminos intra quos uxor nuptialem voluntatem coarctaret: agitur itaque de conditione 'de praeterito vel de praesenti' (can. 1092, 4°) cuius obiectum erat sincera admissio de nulla *cognita* incapacitate generandi atque item sincera voluntas de filiis generandis. Prae oculis habito quod sponsus medica arte pollebat quodque mulier prolem inhiabat, res omnino logica apparet; ad insimul, uti dictum est in parte in iure et amplius, absentia doli in convento primas partes tenet in conditione enucleanda.

14) Atqui de subreptione viri et dolo nullum superest dubium in casu.

Ad consilium circa prolem, ut ita dicatur, excludendam ipsi erat causa, nedum obiective praevalens, sed et subiective vehementer dolens ex vicissitudinibus investigationis, quam ille conduxerat: «Quando misi al corrente... di certe indagini che facevo (per le quali fui costretto ad andare in prigione, perchè il governo ne venne a conoscenza)... e che per ciò stesso avevo deciso di non avere figli nel matrimonio, perchè avevo riscontrato il pericolo che potessero nascere tarati. Essa immediatamente mi manifestò il suo modo di pensare... nella conversazione che avevamo sostenuto e che aveva determinato (in me) uno stato psichico tra la schizofrenia e la paranoia... Sì, accettai la sua condizione... ero completamente sconvolto... In queste circostanze incontrai D. e vidi una tavola di salvezza, alla quale mi aggrappai. Però ero deciso di non aver figli ed accettai la sua condizione, però ingannandola». Revera vel ipsa actrix de conventi anxietatibus edocta

fuerat ut nunc de viri mendacio testimonium praebere queat: «...Egli diceva che non voleva figli nel suo matrimonio, perchè temeva che sarebbero venuti fuori tarati; gli chiesi per quale ragione ed egli mi diceva che le condizioni igieniche del paese (erano cattive), che la carne di maiale faceva male; gli dicevo che non avrei mangiato nemmeno il prosciutto e di fatto fin da allora lo esclusi» (cf. etiam testem C).

Quae cum ita sint, stante fraude a D.no DD. patrato circa praerequisitum sponsae de eiusdem sinceritate, consensus utriusque radicitus vitio affectus haberi debet.

15) Nec diverso pacto res se habent, si ad sterilitatem de facto attendamus.

Intelligitur utique medicum, ex desiderio celandi circumstantiam seipsum abicientem, assertionem de propria generandi incapacitate haud parum imminuere: «Per quanto concerne l'impotenza, non sono d'accordo con essa. Da esami effettuati, risulta che nel seme ci sono spermatozoi, che presento oligospermia non azoospermia». —At imprimis, cum actrix tam ardentem desiderio duceretur de prole suscipienda, vel ipsamet difficultas, doctori non ignota, manifestanda erat ut a veritatibus gravi occultatione liberaret consensus; sed praeterea, adhaerenti consilio ex voluntatis animo filios quomodocumque vitandi non multum viro referebat de mere speculativa generationis capacitate admittere discussionem.

16) Quae tamen in contrariam conclusionem, sc. sterilitatem ducit. Adsunt quidem in actis sex examina, quorum primum peractum est die... 1961, novissimum vero die... 1966. In hoc quinque annorum spatio, numquam conventus limina tetigit illius vel minimi fertilitatis indicis, qui a longe respiceret quamcumque generationis spem etiam in casibus exceptionaliter miris. Apex enim praesentiae 'spermatozoi' intra summam 295.000/cc. inclusus est (cfr. examen diei... 1966); multum distans ab illo 20.000.000/cc., qui pro norma; et etiam ab illo 1.000.000, qui pro exceptione concedunt probati auctores, sicut in parte in iure dictum est. Quin imo umquam defuerunt aliae abnormitates (mobilitas — 0 %; defectus morfologici — 37 %) quae pro speciebus in limite magni faciunt iidem doctores ut pro sterilitate concludant (cfr. supra, n. 8).

At pro caeteris pressiori aestimationi subiendum est examen diei... 1961, quod utpote praematrimoniale decretorium argumentum praebere valet ut de physiologica constitutione viri in tempore nuptiarum rectum iudicium feratur; et insimul de exclusione filiorum indicium et de conventi dolo moralem certitudinem assequi possimus. Iam age in illo examine 'spermatozoi' inventi sunt 109.000/cc, quorum mobiles fuissent nulli (0 %), dum formae extra normam 31 % — Notandum 'spermatozoi' mobiles esse debere 60 % et formas abnormes infra 30 % — Haec omnia igitur extra quodlibet prudens dubium sterilitatem conventi collocant; quae infunditas etiam in praetorio agnita est a deponente D.re R.



17) Adhuc posset quis circumstantias postmatrimoniales saltem aequivocas dicere ut in favorem consensus conditioni subjecti indefectibiliter concludant: mulier enim aliquando habetur in filios non ultra normam in uxore proclivis (cf. D.rem S.) — iterata viri examina demonstrarent desiderium conditionem pro posse adimplendi— et denique adiuncta in quibus matrimonium corrumpit non uni adnectenda sunt causae absentiae filiorum, cum et disiunctio animorum magna supervenerit. At primum quod attinet, obliviscendum minime est mulierem et de propria capacitate in bona fide dubitasse, cum tamen ab ipso doctore eiusdem maternitatis desiderium habeatur «era comunque un grande desiderio» — Logicum igitur est ut mulier non tam fortiter de proprio praenuptiali consilio loqueretur usque certa non fuerit de sterilitate et dolo viri.

Plura examina a viro medico peracta, si pro eiusdem conamine deponunt demonstrandi capacitatem generandi —quod nequaquam assecutus quomodocumque fuit— nullo modo inficiunt alia eaque vehementissima indicia de voluntaria filiorum exclusione. Haec enim nunquam nec ab ullo in dubium vocata est.

Tandem quin excludamur virum —et forte mulierem— ex pluribus signis in actis singulari ingenio praeditos apparere ideoque non una ratione in iurgia et cohabitationis difficultates pronos, praetermitti nefas est et eundem filiorum defectum aegrimonias coniugii exasperasse usque in domesticae consuetudinis cladem. Audiatur idem Doct. S. qualificatus etiamsi non prope res sciens testis: «...esso (desiderium filiorum) però

andò man mano esasperandosi dovuto alle differenze di ambedue al riguardo».

18) Cum itaque probationes sat demonstrent illam constantem actricis voluntatem, quae praematrimonialis comprobata est, de apponenda conditione proprio coniugio: cumque haec purificata dici nequeat ex emergente in actis sterilitate conventi atque huiusce dolo coram praerequisita ab actrice viri sinceritate de re; iam mulieris consensus pro infecto habendus est.

19) Quamobrem, omnibus in iure et in facto adamusim perpensis, Nos infrascripti Auditores de Turno, pro Tribunali sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, declaramus, pronuntiamus et definitive sententiamus ad dubium propositum respondententes:

AFFIRMATIVE seu CONSTARE DE MATRIMONII NULLITATE, in casu.

— — —

Ita pronuntiamus atque committimus locorum Ordinariis et ministris Tribunalium, ad quos spectat, ut hanc Nostram sententiam definitivam notam faciant omnibus, quorum interest, atque executioni tradant, servatis de iure servandis.

Romae, apud Aedes Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, die 9 martii anni 1976.

Ernestus Fiore
Ioseph M. Serrano Ruiz, Ponens
Gilbertus Agustoni

